



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Quae sit differentia inter Deum patrem nostrum in coelis, & patrem nostrum in terris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

nostra, & donat vt credere valeamus Euangelio Ioan. decimoquinto inquit Christus: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi &c. Ideò nisi ipse corda nostra aperuerit, nemo verè potest credere: aperire autè omnibus paratus est, quibus facit denunciare verbum, Si quis autem contempserit, & Euangelio non obedièrit, Rom. 10. is non efficietur filius Dei. Et sic primò antequam quicquam petimus à Deo, oportet vt Deus nobis fiat pater, id quod fit per fidem in Christum. Postea dicimus & oramus: Pater noster qui es **Matth. 6.** in caelis: iam vocamus & habemus eum patrem, antequàm quippiam petierimus. per fidem igitur verbi ipse mihi pater, & ego filius eius factus sum: & quoniam pater nobis est factus, ideò misericordia & gratia sua nos fouet, regit, mundat & saluat, & maiori studio curat nostra, atq; nouit defectus & tribulationes filiorum suorum per fidem filij sui, quàm vllus pater carnalis. Ideò dicit Esa 49. Nunquid potest obliuisci mater filij sui &c.

Secundò dicimus Deum patrem nostrum in caelis, ad differentiam patris quem habemus in terris, qui cum sit homo peccator, mortalis & vt filius, non potest hoc nobis donare, quod verus pater in caelis donat, nempe remissionem peccatorum, sanitatem corporis, & alia bona spiritualia, patientiam, misericordiam, pacem cordis, fidem, timorem, dilectionem Dei, & alios fructus Spiritus. Gal 5. Postremò nec vitam eternam potest donare, sicut pater caelestis. Est igitur multo amplius diligendus & timendus pater in caelis, quàm terrenus. Maximè etiam conformes & obediens filij esse debemus erga hunc patrem Deum in caelis, vt faciamus quæ præcipit, & omittamus quæ prohibet, vt credamus verbo eius, & illi per omnia obtemperemus. Sic enim dicit per prophetam Malach. 1. Filius honorat patrem, & seruus Dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego

ego

ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum? Nihil enim abominabilius filio proteruo erga parentes, quos etiam Dominus occidere iussit Deut. 21. Multo peiores sunt filij proterui & inobedientes erga Deum: illi enim punientur morte æterna, id est, damnatione. Si non longam vitam habebūt in honorantes parentes, Exod. 20. neque æternam habebunt illi, qui Deo non obediunt, & plurimum gloriantur de patre & Euangelio.

3. Tertiò, quia pater libenter audit loqui filium suum, & sæpè dat occasionem illi vt loquatur, & vult etiam pater, vt filius petat ipsum pro re necessaria humiliter: in hoc enim agnoscit filius patrem superiorè illi, & honorat ipsum, sic Deus pater noster in cælis vult vt ipsum alloquamur, & hoc fit per orationem: nam cum oramus, tunc cum patre Deo nostro loquimur: quando verò audimus vel legimus scripturam vel Euangelium, tunc ipse nobis loquitur. Ob id etiam Apostolus Rom. 15. inquit: *Quæcunque scripta sunt, &c.* Et quia orare Deum patrem, est cultus diuinus & honor quem illi debemus, ibi eum agnoscimus omnium datorem: ideo scriptura vbique iubet orare Psal. 49. *Inuoca me in die tribulationis.* Matth. 7. *Petite, & accipietis,* Ioan. 16. *Luce 18. oportet semper orare &c.* Igitur quauis pater sciat nostra necessitatem antequam petamus eum, Mat. 6. *scit enim pater vester &c.* vult tamen vt illi loquamur per orationem, vt debitum cultum ei impendamus, vt præceptum eius impleamus, quia iussit petere. Ipse enim Christus in primis docet nos petere in nomine suo, Ioan. 16. vt certi simus de exauditione: nam pater sic honorat filium, vt nihil propter ipsum deneget. At hoc est petere in nomine Christi, quando hoc petimus, quod ille iussit nos petere, vt dicendo: *Pie Deus & pater, ego hoc à te peto, & hoc non facio à meipso: dilectus enim filius tuus iussit & præcepit mihi, ideo si exaudis me,*

L  
dis me, et  
nostrum I  
exaudis fil  
stolus de  
mus ad D  
voluntate  
nos audit  
mus quod  
ter factus  
ta non de  
Deus cura  
vllus pate  
si filius ei  
&c. & add  
lis, dabit b

DE

1. Quo  
in m  
2. In q  
3. Quo  
tun



us. Hoc n  
test a nobi  
nobis aute  
tamus. Ma